



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

276. De hostibus in terram prostratis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

IV. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. *Marc. 14. v. 44.* Et confestim accedens ad IESUM, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus: Annice, ad quid venisti? *Matthæi 26. v. 49. 50.* Iuda, osculo filium hominis tradis? *Luc. 22. v. 48.*

MEDITATIO CCLXXVI.

De hostibus in terram prostratis.

I. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: IESUM Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. *Ioan. 18. v. 4. 5.*

II. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. *Ioan. 18. v. 6.*

III. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? illi autem dixerunt: IESUM Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdi ex eis quemquam. *Ioan. 18. v. 7. 8. 9.*

ME-